



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Scyphvs. Ex Turselino. Descriptio CXLIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

N A V I S.

Ex Luciano.

Descriptio CXLIII.

Αλλά μεταξὺ τῶν λόγων ἡλικὴ ναὺς εἰκοσι καὶ ἑκατὸν πήχεων ἔλεγεν ὁ ναυπηγὸς τὸ μήκος, εὐρὺ δὲ ὑπερὸν τὸ τέταρτον μάλιστα τέρτιον, καὶ ἀπὸ τοῦ καταστρώματός ἐς τὸ πυθμένα ἢ βαθύτατον κατὰ τὸν ἄντον, ὀνεία πρὸς τοῖς εἰκοσι, τὰ δὲ ἄλλα ἡλικὸν αὐτὸ ἰσὸς ὄστω δὲ ἀνέχει τὴν κερῶσαν, οἷον δὲ πρότονον κέχρηται, ὡς δὲ ἢ πρόμνα αὐτὸ ἐπανεστῆκεν ἡρέμα καμπύλη χρυσῶν κοίτηκον ὀπίκειμένη, καταντικρὺ δὲ ἀνάλογον ἢ πρῶτα ὑπερβέβηκεν ἐς τὸ πρόσω ἀπὸ μηκυνομένη τὴν ἐπιώνουμον τῶν ἡρώων ἔχουσα, τὴν ἰσὶν ἑκατέρωθεν.

Ὁ αὐτὸς γὰρ ἄλλο κόσμος, αἰχραφαί, καὶ ἱστία τὸ πρᾶσιον πυραυγίς, καὶ πρότῳτων αἰγκυραὶ, καὶ τροφεῖα, καὶ περιαγωγῆς, καὶ αἰ μετὰ τὴν πρόμναν οἰκήσεις θαυμάσια πάντα μοι ἔδοξε, καὶ τὸ τῶν ναυτῶν πλῆθος στρατοπέδω ἂν τις εἰκόσειεν ἔλεγτο δὲ καὶ τοσούτων ἀγειν σίτον ὡς ἱκανὸν εἶναι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ ἀπικῇ ἐνιαύσιον πρὸς Ἰσοφίμ.

Sed interea dum sermone serimus, quanta nauis hæc centum, & viginti cubitos in longitudinem porrecta: latitudine autem supra quartam maximè partem mensura huius patens: tum à summis foris, ad summum vsque, quo profundissima est, eo loci videlicet, quo sentina defluit, nouem, & viginti eubitos alta. Præterea autem quantus malus, quantamque sustinet antennam: quanto autem rudente vititur: ut autem ipsa quidem puppis paulatim affurgit inflexa, atque aureum anserculum superne habens, impositum: è regione vero equa proportione prora prominat, in anteriorem partem, longe porrecta, cognominem nauis Deam lisdem videlicet, utrimque additâ habens.

Nam cætera quidem ornamenta uti pictura, & veli flammeus ille, atque prasinus color, & ante hæc, anchoræ quoque, & vertendi circumagendique instrumenta, & habitaciones illæ post puppim, omnia admiratione digna visa mihi sunt. Iam, & nautarum multitudo, cum exercitu comparari posset, dicebatur autem tantum frumenti numerum portare, quantus in annum victum sufficere omnibus in Attica posset.

S C Y P H V S.

Ex Turfelino.

Descriptio CXLIV.

HENRICVS III. cum Lauretanam Virginem, publicis implicitis negotijs visere, ac muneribus colere ipse non posset, Lusitanum vnum ex proceribus Galliaë suo loco ad eam destinauit, cum regali munere, anno M. D. LXXXIV. donum votiuum, Scyphus egregius erat, Virgini ut

virilem Regi, regnoque stirpem impetraret, munus, & materia, & opere maxime insigne, Scyphus ipse, ex gemma excauata lapidem Lazuli vocant hodie (ut quibusdam placet) saphyrum appellabant. Hæc gemma eximia magnitudine est, & aureis intermet venis. Operculum Scyphi crystallinū tornatile, quod auro circumclusum clarissimæ gemmæ distinguunt. Porro in summo operculo Angelus aureus Gallici regni insigne Liliū adamantinum sustinet manu. Constat quippe liliū ex tribus adamantibus mira arte alligatis. Scyphi pes smaragdinus auro obducitur, atque sub-